



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 72. Commendonus datus ad Papam literis a Regina remissus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

sciscitabatur, tandem vero dum satis Religionis, ac fidelitatis ejus sinceritatem explorasset, eidem arcanum patefecerat, caussamque sui in Angliam adventus aperuit. Placuit Leeo Commendoni propositum, ipsusque propitiā Religioni oppressae subveniendi, indeque vera patriæ suæ obsequia præstandi occasionem non sine animi sui jubilo sibi gratulabatur, quapropter amicum suum ad Reginam adduxit, quæ etiam illum privato colloquio dignabatur. Cum ergo Commendonus Regi- *Bournet*  
nam pro restauranda Religione summe *p. 386.*  
propensam, ac sincero prorsus animo affectam experiretur, nullum non movebat lapidem, ut ulterius Reginam in pio hoc studio foveret, hanc in rem frequentis cum ea colloquii opportunitate usus: præcipue vero Regina eidem sedulo rem tegendam commendabat, ne seditio in regno excitaretur.

### §. LXXII.

#### *Commendonus datis ad Papam literis a Regina remissus.*

Cum Commendonus itineri proximus esset, Regina eidem epistolam ad *Sander*  
*Julium III. Papam tradidit, in qua, part. 2.* *p. 315.*  
quod semper filialem obedientiam erga *Thu. l. c.*  
Sedem Apostolicam sit professura, pollicebatur, universum vero regnum suum *Pallav. ibid.*

Ss 2 a schis-

Sæc. XVI. a schismatis culpa, ac poena liberari  
 A.C. 1553. efflagitabat, simulque promittebat, quod  
 rebus publicis integre compositis, se-  
 datisque tumultibus per Legatos obsec-  
 quium suum præstare velit. Insuper Com-  
 mendono injunxit, ut summo Pontifici  
 significaret, quod vehementer optaret,  
 ut Cardinalis Polus, tanquam Sedis Apo-  
 stolicæ Legatus in Angliam decerneretur,  
 clam tamen id fieret, ne secreto præ-  
 mature divulgato pia utriusque consilia  
 suo frustrarentur successu. Præterea ipfa-  
 met epistolam ad hunc Cardinalem scri-  
 pserat, eandemque unacum literis ad  
 Pontificem directis Commendono tradi-  
 dit. Hic ergo utraque epistola muni-  
 tus exeunte mense Augusto Londino di-  
 scessit, paululumque Bruxellis subsistens,  
 veredariis equis Romam contendit, bre-  
 vem admodum moram in itinere agens,  
 ubi Cardinali Polo epistolam a Regina,  
 ut creditur, eidem traditam consignabat.

### §. LXXIII.

#### *Cardinalis Poli epistola ad Reginam.*

Sanderus  
 p. 316.  
 Thu. l. 13.  
 num. 3.  
 Ciacon. in  
 vit. Pontif.  
 tom. 3.  
 p. 630. &  
 seq.

Cum idem Cardinalis Reginam ad priam  
 hoc propositum jam antea animasset,  
 die decima tertia ejusdem Mensis Au-  
 gusti literas gratulationis, ac solatiū  
 plenas ex soliditudinis suæ loco ad ean-  
 dem perscripsit, atque dilaudato illius  
 studio erga veram religionem his verbis  
 illam